

spitzen Fortsätzen versehen und zu rundlichen Gruppen in einander verschlochten sind. Den Blättern von *Olax acuminata* Wall., *O. stricta* R. Brwn. und *O. zeylanica* L. fehlen diese Sclerenchymzellen, wie irgendwelche durchsichtige Punkte überhaupt.

(Fortsetzung folgt.)

## Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

### XIX.

(Fortsetzung.)

746. *Pertusaria dehiscens* Müll. Arg.; thallus glauco-albus, tenuis, continuus, sublaevis; verrucae circ. 1 mm. latae, hemisphaericae, vertice obtusae, dein nonnihil ibidem applanatae, laeves, sparse 1—5-ostiolatae et vertice demum varie dehiscendo-decorticantes v. subdecolorando-subimpressae; ostiola carneo-pallida, mox ampliata saepeque et confluentia; sporae in ascis 8-nae (et pauciores), subbiseriales, fusiformi-ellipsoideae, circ. 80—135  $\mu$  longae, 30—45  $\mu$  latae, intus laeves. — Ad *P. assimilantem* Nyl. accedit, sed verrucae aliae, non monocarpicae. — Corticola prope Apiah in Brasilia: Puiggari n. 499, 2097, 2197, 2550, et prope Rio de Janeiro: Glaziou (sine no.).

— —  $\beta$  *alba*; thallus albidus v. obsolete argillaceo-albus. — Reliqua convenient. — Corticola prope Apiah: Puiggari n. 2197 pr. p. et prope Rio de Janeiro: Glaziou (sine no.).

— — *depressior*; thallus glauco-albus; verrucae distincte v. subdistincte magis truncato-depressae; ostiola demum majuscula et magis depressa. — Prima fronte subspecifice recedens sed verrucae intermediae transeuntes occurunt. Sporae convenient. — Corticola prope Apiah in Brasilia: Puiggari n. 499 pr. p., et prope Rio de Janeiro: Glaziou pluries (sine no.), nec non in montibus Neilgherries Indiae orientalis: Ziegler.

747. *Pertusaria sulphurescens* Müll. Arg.; thallus sulphureo-albidus, tenuis, laevis v. minute verruculosus; verrucae fructigerae discreto-sparsae, laeves, vertice late deplanatulae, circ. 4—8-ostiolatae; ostiola concoloria, minute mamillari-prominula et demum vertice subdecorticante magis denudata; sporae in ascis 8-nae, biseriales v. oblique imbricatim 1-seriales, fusiformi-ellipsoideae v. sigmoideae, circ. 110  $\mu$  longae et 40  $\mu$  latae, intus laeves. — Ad *P. dehiscentem* accedit, caeterum in vicinitate *P. peliostomae* (*Porinae peliostomae* Ach. Syn. p. 111, Nyl. in Prodr. Nov. Granat. 547 adnot.) etiam prope Rio de Janeiro

a cl. Glaziou lectam inserenda est. — Truncicola in Brasilia prope Apiahy: Puiggari n. 2197 pr. p.

748. *Pertusaria mundula* Müll. Arg.; thallus cum verrucis albidos, tenuissimus, continuus, laevigatus, nitidulus, margine effusus; verrucae 1— $1\frac{1}{3}$  mm. latae, vulgo solitariae, discretae, regulariter hemisphaericae, rotundato-obtusae, basi a thallo distincte limitatae, laeves, demum vertice paulo deplanatae et confertim 2—6-ostiolatae, demum vertice leviter depresso et hygrophano-docoloratae; ostiola nigricantia, minute punctiformia, non emergentia nec depresso; sporae in ascis 8-nae, oblique imbricatim 1-serialis, circ. 55—65  $\mu$  longae et circ. 25—30  $\mu$  latae, intus laeves. — Purius alba quam *P. leucoplaca*, minus tamen quam *P. peliostoma*. A *P. dehiscente* praesertim sporis (pariter 8-nis) multo minoribus, verrucis apice non substellatim dehiscentibus et ostiolis subnigris differt. — Corticola in Brasilia prope Apiahy: Puiggari (sine no.).

749. *Pertusaria albissima* Müll. Arg.; thallus cum verrucis eburneo- v. subcretaceo-albus, subtenuis, ruguloso-inaequalis, margine subeffusus; verrucae circ. 2 mm. latae, numerosae, laxe confertae, ambitu nonnihil late gibboso-inaequales, basi circumscriptae, vertice latissime obtusae v. obsolete depresso, subfarinulentae, minute pluriostiolatae; ostiola subsparsa, punctiformia, alba, saepe vix perspicua; sporae in ascis 8-nae, regulariter apposite 1-serialis, 45—52  $\mu$  longae, duplo longiores quam latae, laeves. — Extus habitu ad *P. cretaceam* accedit, sed forma verrucarum, situ et colore et magnitudine ostiolorum et sporis 1-serialibus omnino differt, et dein a *P. peliostoma*, quae magis regularis, extus omnibus partibus pluries majoribus distat. — Corticola in Nova Zelandia: Dr. Ch. Knight (sub *Pert. leucodeoide* Ch. Kn. sched. pr. p., et *P. leucodes* v. *inconspicua* ejusd. sched.).

*Pertusaria peliostoma*; *Porina peliostoma* Ach. Syn. p. 11; sporae 8-nae, intus laeves, 50  $\mu$  longae, 23  $\mu$  latae. — Corticola prope Rio de Janeiro: Glaziou sine no.

750. *Pertusaria mesotropa* Müll. Arg.; thallus cum verrucis cinereus, tenuis, laevis v. minute ruguloso-inaequalis, margine zona fusca angusta cinctus; verrucae 1— $1\frac{1}{2}$  mm. latae, simplices (v. hinc inde confluenti-multiplices), hemisphaericae, basi obsolete constrictae aut simpliciter sessiles, vertice nonnihil sed leviter truncato-depresso, minutissime ruguloso-subasperae, sparsim pluriostiolatae; ostiola minute punctiformia, superficiem

verrucarum attingentia, subconcolora, dein nigrificantia; sporae in ascis 8-nae, imbricatum 1-serialis, 70—110  $\mu$  longae, 28—33  $\mu$  latae, intus laeves. — Cum *P. Moffatiana* fere quadrat, sed opaca, verrucae non polito-laeves et sporae majores et ostiola dein pallida et pauciora. — Corticola in Ceylonia: Thwaites. Observ. Sub nominibus a cl. Leight. in Lich. Ceylon. enumeratis specimina a cl. Thwaites benevole missa coram habeo, quae, uno excepto, omnia a citatis speciebus diversa sunt, sed nescio quod cl. Leighton ante oculos habuit.

*Pertusaria virginica* Müll. Arg. L. B. n. 504; sporae 8-nae, regulariter 1-serialis, intus laeves. — Corticola in Nova Hollandia ad Parametta: Woolls.

751. *Pertusaria syngenetica* Müll. Arg.; thallus cum verrucis albidus, valde tenuis, margine obsolete fusco-zonatus, continuus, granulatus; verrucae circ.  $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$  mm. latae, solitariae aut confluentes, conico-hemisphaericae, alte convexae, non turgidulae, basi subdilatatae, gibbosae, apice demum nonnihil rimuloso-dehiscentes, simplices confertim 1—3-ostiolatae; ostiola pallida, non emergentia, exigua; sporae in ascis 8-nae, plus minusve distincte biserialis, 35—55  $\mu$  longae et circ. 25  $\mu$  latae, intus laeves. — Hic pertinere videtur *P. leioplaca* v. *minor* Nyl. Add. Lich. And. Boliv. p. 379. A proxima et simili *P. virginica* differt thallo granuloso, verrucis minute gibboso-inaequalibus (nec regulariter hemisphaericis et laevibus) et sporis 2-serialibus. — Corticola in Brasilia prope Apiah: Puiggari (sine no.).

*Pertusaria minor* Müll. Arg. L. B. n. 429, corticola in Java.

752. *Pertusaria ceylonica* Müll. Arg.; thallus argillaceo-albidus, tenuis, laevis, dein rugulosus, linea nigro-fusca cinctus; verrucae circ.  $\frac{3}{4}$  mm. latae, valde numerosae, saepe pressione obtuse angulosae et partim confluentes, hemisphaericae, obtusae aut leviter deplanato-obtusae, nigro-ostiolatae; ostiola punctiformia, demum obsolete prominula; sporae in ascis sat regulariter 3-nae, 90—100  $\mu$  longae et circ. 30  $\mu$  latae, intus laeves. — Corticola in insula Ceylonia: Thwaites.

753. *P. trypetheliiformis* Nyl. Lich. exot. Polynes. p. 241; sporae in ascis (3-nae et) 4-nae, circ. 40—90  $\mu$  longae et 22—45  $\mu$  latae, intus laeves. — Corticola in Nova Caledonia: Vieillard.

— —  $\beta$  Hartmanni; *Pertusaria Hartmanni* Müll. Arg. L. B. 499; sporae in ascis 2-nae, 120—150  $\mu$  longae et circ. 40—45  $\mu$  latae. — Verrucae undique in specie magis tenellae et laeviores, basi arctius a thallo distinctae et magis nigro-ostiolatae sunt

quam in *P. leioplaca*. — *P. Moffatiana* thallo peculiariter laevigato, verrucis nanioribus et sporis parvulis differt. — Corticola in Australiae orientalis prov. Queensland ad Toowoomba: Hartmann.

*Pertusaria Moffatiana* Müll. Arg. L. B. n. 584; corticola in Australia in monte Macedon: Moffat.

754. *Pertusaria modesta* Müll. Arg.; thallus glauco-albus, tenuis, laevis, margine tenuissimus et effusus aut linea tenella fusca cinctus, nitidulus; verrucae  $\frac{2}{3}$ — $\frac{3}{4}$  mm. latae et minores, simplices, conico-hemisphaericae, basi distincte circumscriptae laeves, concolores, non depresso, apice obtuso confertim 2—3-ostiolatae v. ostiola maculari-confluentia, madefacta e pallido aquoso-fusca, latiuscula, sicca nigra et prominula, verrucae aliae autem paucae magis compositae et sparsim ostiolatae; sporae in ascis 4-nae (hinc inde et 2-nae), 90—105  $\mu$  longae, 30—37  $\mu$  latae, intus laeves. — Similis *P. trypelheliiformi* Nyl., sed magis glauco-albida, verrucae distincte minores et ostiola madefacta haud nigra, distincte majora, sicca prominula (verrucas obsolete asperas reddentia). — Corticola prope Caracas: Dr. Ernst (sine no.).

755. *Pertusaria carneola* Müll. Arg., *Pertusaria communis* v. *carneola* Eschw. Bras. p. 118; thallus carneo-fuscescens, subtenuis, rugoso-areolatus, v. rugoso-subgranulosus, linea nigra limitatus; verrucae  $\frac{2}{3}$ — $\frac{3}{4}$  mm. latae (v. duplices et triplices majores), valde nano-hemisphaericae, subtruncato-obtusae, ambitu gibbosoi-regulares et basi sensim in thallum abeuntes, 1-loculares, punctiformi-uniostiolatae; ostiolum nigrescens, leviter impressum; sporae in ascis 2-nae, superpositae, circ. 85  $\mu$  longae et 32  $\mu$  latae, intus laeves. — Affinis sere *P. pustulatae* et *P. melaleucae*, sed thallus omnino aliis, et verrucae simplices monocarpicae et ostiola punctiformia. — Corticola in Brasilia prope Para: Martius.

756. *Pertusaria granulata* Müll. Arg.; *Pertusaria communis* v. *granulata* Eschw. Bras. p. 118; thallus e lurido olivaceo-subflavescens, set tenuis, crebre granularis et hinc inde diffracto-rimosus; verrucae  $\frac{3}{4}$  mm. latae (v. duplices et triplices majores), depresso-hemisphaericae, obtusae, undique gibbosio-inaequales, uniostiolatae; ostiolum mamillari-prominens, albido-discolor, in centro nigrescens; sporae in ascis (4-) 6—8-nae, inferiores 2-serialis, 50—58  $\mu$  longae et 22—27  $\mu$  latae, intus laeves. — Similis *P. carneolae* quidem sed thalli colore, ostiolis et sporis

diversa. A cl. Nylander in Prodr. Nov. Gran. p. 36 erronee a *P. albidella* vix diversa declaratur. — Corticola in consortio *P. carneolae* prope Para in Brasilia: Martius.

757. *Pertusaria albidella* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 36, v. *tetramerā* Müll. Arg.; sporae in ascis 4-nae, circ. 70  $\mu$  longae et 22—25  $\mu$  latae, intus laeves. — Corticola prope Rio de Janeiro: Glaziou 1881 (sine no.).

758. *Pertusaria Cinchonae* Müll. Arg.; thallus leviter flavescenti-cinereus, tenuis, laevis, linea nigra cinctus; verrucae  $\frac{2}{3}$ —1 mm. latae, alte hemisphaericae, rotundato-obtusae, non depressae, sat regulares, sublaeves, vertice decorticantes et nucleos 2—4 denudantes, caeterum vix distinete incolori-ostiolatae, apex decorticatus aquoso-pallidus; sporae in ascis 4-nae, circ. 80—92  $\mu$  longae, oblongato-ellipsoideae, intus laeves. — Est quasi forma microcarpa *P. leioplacae*. — Ad corticem *Cinchonae succirubrae* in Indiae orientalis montibus Neilgherries cultae (comm. cl. Bader).

759. *Pertusaria acuta* Müll. Arg.; thallus cum verrucis albus, laevis, subcontinuus, demum prominenter granuloso-asperatus; verrucae  $\frac{3}{4}$  mm. latae et minores (hinc inde duplices), 1—3-carpiae, elato-hemisphaericae, acutiusculae, basi circumscriptae, subregulares v. nonnihil ambitu oblongatae, ostiolo conico fusco demum nigrescente et prominente acutatae, laeves et obsolete granuloso-verruculosae; sporae in ascis 8-nae, biseriales, circ. 80—100  $\mu$  longae, intus laeves. — Habitu similis *P. Cinchonae*, sed tota albior, verrucae non rotundato-obtusae, prominenter ostiolatae et sporae pro numero octonario majores. — *Cinnoch Nicola* in montibus Neilgherries Indiae orientalis (comm. cl. Bader).

760. *Pertusaria tenella* Müll. Arg.; thallus cum verrucis flavicanti-albidus, tenuissimus, laevis, nitidulus, margine leviter fusco-zonatus, verrucae  $\frac{1}{5}$  mm. latae, globoso-hemisphaericae, vertice rotundato-obtusae et laeves, 1-ostiolatae (v. hinc inde confluenti-duplices et -triplices et 2—3-ostiolatae); ostiola subhyalina v. fuscescenti-pallida, non immersa nec emergentia; sporae in ascis 2—3-nae (raro 4-nae), circ. 125  $\mu$  longae et 35  $\mu$  latae, intus transversim costulatae. — Habitu ad *P. gracilem* valde accedit, sed nonnihil flavescens, et verrucae minus globoso-turgidae, basi non constrictae et sporae intus haud laeves. — Corticola in Brasilia ad Iporanza prope Apiah: Puiggari (sine no.).

761. *Pertusaria gracilis* Müll. Arg.; thallus glauco-albus v. albidus, tenuis, sublaevis, margine effusus; verrucae numerosae, confertae, basi constrictae, alte hemisphaericae,  $\frac{3}{4}$  mm. latae, sat regulares, totae polito-laevigatae, apice non v. obsolete tantum depressae, vertice 1-ostiolatae aut geminatim aut ternatim confluentes divergenter 2—3-ostiolatae, ostiola fusciduIo-nigricantia, minute punctiformia, non depresso nec emergentia; sporae in ascis (2—)4-nae, uniseriales, hyalinae, circ. 75—100  $\mu$  longae et 24—30  $\mu$  latae, intus laeves. — Verrucae ut in *P. leioplaca*, sed minores, laeviores, turgidulae, non nisi confluentia pluriostiolatae. — Corticola in Brasilia prope Apiah: Puiggari n. 2498.

— — f. *heteromera* Müll. Arg.; sporae evolutae in ascis 4-nae — 6-nae et 8-nae nec non 2-nae in eodem thalamio. — Reliqua omnino cum specie quadrant. — Corticola in Brasilia prope Apiah: Puiggari n. 1511.

(Fortsetzung folgt.)

---

### **Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.**

187. München. K. b. Akademie der Wissenschaften. Sitzungsberichte der mathem.-physic. Classe. Band XIII. 1883.
188. Wien. K. k. Geologische Reichsanstalt. Verhandlungen. Jahrg. 1883.
189. Danzig. Westpreussisches Provinzial-Museum. Bericht über die Verwaltung der naturhistorischen und archäologischen Sammlungen für das Jahr 1883.
190. Frauenfeld. Mittheilungen der Thurgauischen naturforschenden Gesellschaft. 6. Heft. 1884.
191. Berlin. Botanischer Verein der Provinz Brandenburg. Verhandlungen und Sitzungsberichte. Jahrgang 24. 1882
192. Budapest. Ungarisches National-Museum. Természetrajzi Füzetek. (Naturhistorische Hefte.) 7. Band. 1883.
193. Philadelphia. Academy of Natural Sciences. Proceedings 1883. Philadelphia, 1884.

---

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei  
(F. Huber) in Regensburg.

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1884

Band/Volume: [67](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenologische Beiträge 349-354](#)